

Stockflecke

9. J. 180

Theol. P. VIII. 367 64.

EXPLICATIO
ελεγκτική
Evangelii Dominicarum pri-
mæ Adventus & Palmarum,

DEO DVCE

P R E S I D E

Dn.

JOHANNE GERHARDO
DOCTORE ET PROFESSORE
THEOLOGO.

Suo

Præceptore, Adfine Patrono
honorando.

Respondente

M. WILHELMO LYSERO
Brunsvicâ-Saxone

publicè proposita

ANNO M. D. C. XVII.

JENÆ

Typis TOBIÆ STEINMANNI.



31

VIRIS

SPLENDORE

*magnifici, insignis, præclare,
nominis, virtutis, authoritatis,*

*NOBILISSIMIS AMPLISSIMIS
Dominis*

**CONSULIBUS & SENATORIBUS
REIPUBLICÆ**

Inclitæ ac præpotentis

BRUNSVICENSES

meis

**DOMINIS MECOENATIBUS PATRONIS
atque**

è sacri Baptismatis fonte

SUSCEPTORIBUS inq eo SPONSORIBUS

summè

suspiciendis & venerandis

hoc

observantia & reverentia

ergo

offerō.

**M. WILHELMUS LYSERUS
Brunsvigæ-Saxo.**

EVANGELIUM
DOMINICÆ I. ADVENTUS ET
PALMARUM.

Matth. 21. à v. 1. usq; ad vers. 10.

THESES L



Nnum Ecclesiasticum inchoamus *De ordine in
ante Politicum nixi libertate Evangelica Col. 2. 16.
canicie Ecclesiastica Proverb. 22. 28, 23. 10. consue-
tudine Israelitica Exod. 12. 2. Levit. 25. 9. utilitate
publicâ, ut homines ad instans festum Nativita-
tis præparentur, & instituantur de triplici Chri-
sti adventu Es. 33. 22. prædicto, in carnem, quâ Rex filiae Sion Domi-
nica I. ad judicium, quâ Iudex Dominica II. in corda, quâ legifer &
Doctor in Evangelio Dominica III. & Sacramentis per ministe-
rium Dominica IV. Et in diebus nostris Dominicis Apoc. I. 10 (non
enim Mennonitas eos tollentes laudamus) pericopas Evangeliorum (ut
ut displiceant Calvinianis Vid. Iod. Naum in prefat. Conc. Satanicam
fontium Scripturæ occlusionem eas vocantem) explicamus 1. pro-
pter necessitatem: impossibile enim totam scripturam tûm doctorem
publicè explicare, tûm auditorem ritè percipere. 2. propter utilita-
tem auditorum religionis tûm nostræ quæ est præmeditatio textus
& repetitio Philip. 3. 1. tûm Pontificiæ ad conciones nostras quasi
invitatio. 3. propter commoditatem ratione ordinis præparatio ad
subsequentia festa; ratione materiæ sunt compendium totius doctri-
næ Christianæ. 4. propter antiquitatem, ordine enim non nisi à
Calvinianis interrupto; ab anno Christi 400. Hieronymi, Augu-
stini, Ambrosij, Chrysostomi non (ut Nabum vult) ratione primæ
originis ab anno 800 Pauli Diaconi & Alcuini temporibus ad nos
pervenerunt.*

II. Fallunt ergo Calviniani hanc râzir reliquias Papatus appellan-
tes. Fallunt Pontificij imprimis Petrar: dies adventus (quorū
Antithesis.

primi Evangelium explicare jam est animus) ob merita Mariæ gravidæ & patrum in limbo desiderium, (cum origo Papales idolomanias & superstitiones longè antecesserit) & lugubrem celebrationem (cum Propheta lætari filium Sonis jussaret) institutos. Nos missis utrisque Evangelium accedimus, id dispelentes in Apparatum & Ingressum.

DE APPARATU.

I. Pars de
apparatu.

1. Tempus.

2. Locus.

III. In apparatu circumstantiae diligenter ponderandæ quæ sunt I. Tempus. 2. Locus. 3. Legati. 4. Instrucción. 5. Ratio facti. 6. Discipulorum obedientia.

IV. 1. Tempus ex sequentibus historiis & Johan. 12. 1. 12. colligitur, videlicet dies decimus mensis Abib, quo die & agnus Paschalis separandus Ex. 12. 3. & Josua per Jordanem traduxit populum Jof. 4. 19.

V. 2. Locus. Generalis vicinia Hierosolymæ ἡγεταν εἰς Ἱεροσόλυμα: εἰς motum non in loco sed ad locum hic significat. Confer. Luc. 18. 35. Specialis Bethphage: manuscripta exemplaria Parisiensium omnia legunt βιθφαγη teste Brugen. in not. ad var. lectiones, sed altera lectio βιθφαγη cum Syro convenit D. Hieron. Ep. 27. ad Eustochium secutus Origenem dedit à בֵית (vel בַּיִת) quod domum & פְּנָה quod Rabbinicè maxillam significat: addit Orig. Tra. I 4. in Mat, rationem derivationis, quia maxilla pars propria Sacerdotum fuerit ex lege (in qua hac de re nihil) & confundit Bethphage & Ramat Lechi Jud. 15. 17. cum ille locus in tribu Beniamin æquè ac Hierosolyma hic in tribu Juda Jud. 15. v. 9. situs. Alij ab Hebraeo בְּנֵי derivant, quod ficus immaturas notat, & sanè ficuum copiam ibi fuisse, patet ex v. 19. Alij explicant domum oris vallis quia בְּנֵי domum בְּנֵי vallem notat, q. dixeris in ipso vallis orificio. Tremellius interpretatur domum fontis ut idem sit נְאָמֵן quod Græcis πηγὴ cuiusmodi Græcas voces multas tum vulgus usurpat juxta Bezam. Tremel. pro Syra Chaldea & Thalmudica eam habet. David de Pomis locum muri Hierosolymitani esse censet: sed textus noster clare sententiam Baal Aruch confirmat, quod sit extra Hierosolymam, ut observat Drus. in Præter: Veteres afferunt fuisse villam Sacerdotum, quidam ut Beda & Remigius, quod completo officio vicis suæ in illa manserint, sed refutat hos & parvitas vici inidonea tot Sacerdotes capieendi, & propriæ civitates Sacerdotum nullius

nullius usus, si hi in Bethphage mansissent & exemplum Zacharie
Luc. 23:9.40. Alij recreationis gratia se eò contulisse Sacerdotes
putant, dum officio suo fungerentur, sed ex 2. Reg. 11.1. Paral. 6 & 2,
Paral. 23, videtur colligi Sacerdotes dum ministrarent semper in
templo mansisse. Verisimiliter ergo oves ad sacrificia asservatas inibi
fuisse, nec caret mysterio, quod Christus via regia relicta, quæ ipsu
ad torrentem Cidron & arcem Sionis duxisset, ad hunc vicum de
flexit quo ad portā templi veniret, sed de hac re q. V. ageretur fusius.

VI. Describitur hic vicus *a situ ad montem à multitudine oliva*
rum montem olivarum dictum. Vnde & ἡλικῶν oliveti Act. 1.
12. dicitur, imminet urbi ab oriente cæteris altior montibus. Cele
bris mons iste in primis Christi triumphali hoc in urbem ingressu
2. ad crucem progressu. M. 26.30. 3. ad patrem regressu Act. 1.12.

VII. Dissentire videtur Marcus ut & Lucas qui afferunt, hæc facta cū
appropinquaret ad Bethphage & Bethaniam, quidam ergo eundem locum censem habuisse plura nomina; Sed quæ Evangelistæ distinxerunt ita temere haud licet confundere. Tostatus in V. Par. Matt. Co
ment. c. 21. q. 9. p. 213. respondet, Christum appropinquasse ad Jerusalē cum veniret in Bethaniam & cū veniret in Bethphage, & hoc quia unus locus circa alterum est, & ideo appropinquando uni appropinquamus alteri, sed licet hæc explicatio Mar. 11. 1. locum habere possit, attamen L. 19. 29. nequit subsistere, ubi appropinquatio non ad Hierosolymam sed ad Bethphage & Bethaniam refertur Iansen. in Concord. comment. c. 110. duplēm affert conciliationem, vel appropinquasse Bethaniæ, non quod eam tum accederet, sed quod prope eam esset, non n. longè jam eam exierat; sed à loco recedere idē esse quod appropinquare dure dicitur: vel esse ἐπορθογιαν (qualis L. 17. 11.) sic explicandam, cum appropinquasset ad Bethaniam & deinde appropinquasset ad Bethphage, cui sententiæ subscriberemus, si concederetur nobis Evangelistas has appropinquationes distinctis diebus factas Joh. 12. 1. 12. conjunxisse.

VIII. 3. Legatorum perpendenda a, conditio fuerunt discipuli. III. Legato
His enim usus Jesus cùm indocendo Matt. 10. 1. tūm in alijs rebus Matth. 26. 18. Joh. 4. 8. quia debuerunt omnium rerum esse testes, β. Numerus binario terminatus non ob mandatum L. 10. 1. quia illud ad 70. tantum pertinebat, sed ob mittentis majestatem; ob missorum honestatem; autoritatem dum unus alter testimonium perhiberet; utilitatem ut in ore duorum omne verum consisteret; admonitionem de fraterna concordia:

ob ministerij commoditatem, cum bina adducere deberent anima-
lia. *y.* nomen autem non exprimitur, ignotum ergo. *Hilarius C. 21.*
in Matth. quem sequitur *Glossa ordinaria* Petrum & Philippum no-
minant, quorum hic Samaritanos, Act. 8. ille gentiles primò con-
verterit. Act. 10. afferente idem *Auth. Op. imperf. in Matth. Hom. 73.* ar-
gumento invalido hos niti censem. *Ians. c. 110.* & *Salmer. Tom. 6.*
Tract 47. cum Philippus ille non ex Apostolis sed Diaconis fuerit.
Verum nihil absurdī continet Hilarij sententia, si vel de mystica
interpretatione accipias vel hos discipulos non præcise ex Apo-
stolis fuisse concedas. *Abulensis quest. 8. Ians & Salm. II. dd.* Petrum
& Johannem fuisse putant, cum etiam hi ad agnum Paschalem pa-
randum misi Luc. 22. a reliquis Evangelistis duo discipuli tantum
vocentur: & à Christo in resuscitatione filiæ Jairi & transfigura-
tione assumti: & alias soliti, in temporalibus etiam, sibi mutuo au-
xilium ferre, Luc. 5. 7. Joh. 13. 24. Orig. *Tract. 14. in Mat. cum Theo-*
phyl. super b. l. putat mysticè denotari Petrum & Paulum quorum
ille circumisionis, hic præputij doctoſor fuerit.

I X. 4. *Inſtruſio* continet *triplex mandatum & prædictionem tripli-
cem.* Primum mandatum est de itinere ſuſcipiendo in castellum, quod
contra ipſos erat. Castellum hoc non erat Ierusalem quam ſic di-
ctam censem, *vel per despectum*, quia Christo & Apostolis contra-
ria (*Mussus conc. I. in Dom. Palmarum p. 743.* eodem modo de mun-
do explicat *Coster. in Dominica Palmarum p. 306.*) *vel ob fortitudinem*
murorum per Tapinosin quandam (*Tostat. q. 10.*) *vel ob uſum Scri-*
pturæ quæ aliquando castellum pro civitate ponit (*Ludolph. Carthus*
de vita Christi par. 2. c. 26.) *sed i. ultima hæc ſententia deſtituitur ex-*
emplis ſcripturæ, priores ex ignorantia Græcæ linguae oriuntur
cum ἀπέραντι in ſcriptura non tantum ſtudiorum contrarietatem,
ut Auctor. 17. 7. Sed ut plurimum imo, quod ſciamus, alias ſemper
locorum oppositionem notet, & explicari debeat, q. ē regione, ex op-
poſito in adſpectu, corām, ante, M. 27. 24. 6. 1. Auctor. 3. 16. Rom. 3. 18.
Sic Castellum Græcis κάστρον non fortaſtium ſignificat, ſed opponi-
tur civitati muriſ cinctæ I. Sam. 6. 18. & 2. Paral. 13. 19. ponuntur
πόλεις civitates & κώμαι villæ ſeu filiæ ipsarum, conſer. M. 9. 3. 2.
nequit ergo Ierusalem intelligi ob vocem κάστρον, quæ civitati tam
magnæ & munitæ vix competit, 3. Idem nec vox ἀπέραντι pati-
tur, quæ ut diximus, quippiam oculis nostris oppofitum denotat,
at Hierofolymam ob interpoſitum montem olivarum videre
tum

tum non poterant, & in progressu demum eam Christus vidit
Luc. 19.41. Nec castellum illud videtur fuisse Bethania (ceu opinatur Aret. sup. b.l.) dicendum enim fuisse, non ite sed redite in castellum, quod non est regione sed a tergo vobis est: Bethania enim, jam exierat, ibidemque pernoctaverat. *Vel ergo intelligitur Bethphage (juxta Iustinum Martyrem in Dialog. cum Typhon. & Apol. 2. pro Christianis ad Anton. Pium Imper. & Hieron. Epist. 27 ad Eustoch. cap. 6.)*
quod nondum pervenerat, sed propere erat: *vel alius pagus, & quia innominatus, incertus.* Alterum mandatum est de solvenda & adducenda asina cum pullo. Marcus & Lucas mandatum hoc de pullo referrunt. Hinc ad asinum id pertinere negant nonnulli. Sed Marcus Syncdoch. loquitur, nec recipitur argumentum tacentis contra loquentem in scriptura. Nam qui tacent, non negant, cum multa sint quae non scripserint, si verò aliquid asseratur, quod factum non sit, scriptum tamen scriptura falsitatis arguitur. *Affirmativa ergo per se non importat exclusivam, multominus contradictoriam.* Sic quod Marc. 5. 2. Luc. 8.27. de uno refertur Dæmoniaco, in duobus contigisse Matthæus testis est c. 8. 28. quod Marc. 10. 46. de uno cæco asseritur, de duobus refert (ut quidam putant) Matthæus c. 20. 29. quia vide licet alter altero fuit notior, & miraculi in illo editi fama latius sparsa: ita hic quoque pulli tantum faciunt mentionem, qui insequentibus de eo tantum erant acturi ob causas Th. 1. citandas. *ad utrumque ergo pertinere mandatum patet 1. ex executione discipulorum, qui utrumque animal adduxerunt, 2. ex responsione & querentibus danda Dominus eis opus habet, 3. ex urruque dimissione: & statim dimittet eos.* Tertium mandatum est de responsione contradicentibus danda, in qua duplex argumentum ad consensum Dominorum elicendum 1. a dominio. Dominum se appellasse Christum Abulensis, q. 22. huncque secutus Salmeron. putat ob aliorum consuetudinem ita eum appellantium Joh. 13. 13, 21. 7. Joh. 11. 21. M. 9. 28, 15. 22. 25. 27. 20. 30. 31. alij specialiter ob presentem ingressum, quia venit ut Rex, alij ut Chrysost. Iansenius, Brugensis ob absolutum dominium, hinc se non discipulorum sed simpliciter Dominum & quidem cum articulo appellat, quae postrema sententia maxime verisimilis, cum re ipsa ostendat, se absolutum esse Dominum, simpliciter adduci jubens alienum iumentum. 2. argumentum a necessitate, opus habet alienis, nostri causâ nil proprij habens. 2. Corinth. 8. vers. 9.

3.

X. Prima



2. Triplex
predicatio.
a. de asina &
pulli inven-
tione.

3. de Domi-
norum con-
tradictione.

4. de jumen-
torum dimis-
sione.

X. Prima prædictio est de inventione asinæ & pulli Mat. & Mar. rem-
pus statim: Mar. & Luc. locum in vici ingressu & qualitatem pulli su-
pra quem nullus hominum sedit, accurate describunt. Enervat
prædictionis hujus præstantiam Ludolph. Cart. l. d. asinam hanc
communem fuisse & pro more regionis in usus pauperum certo
loco præparata m. Sed si esset res usitata & nota, prædictione si-
gnorum opus non fuisset, 2. Si res communis, nemo impedire
ausus fuisset, 3. Si in usus pauperum, Domini nomen excusatio-
nis loco proferendum non fuisset. 4. Si dimissionem futuram
discipuli scivissent, Christus singulariter non prædixisset. 5. & si
nulli peculiare jus in asinum hunc, nullus etiam dimittere potui-
set. 6. Denique si communis, peculiares non habuisset Dominos
Luc. 19. ut non addam haud facile credendum ejusmodi morem
ullibi viguisse aut vigere potuisse, cum animal cujus nullus pecu-
liarem gessisset curam citò interiisset. Altera prædictio est de contra-
dictione Dominorū conditionaliter eam proponit, cum tamen cer-
to futuram novisset Salvator, tum ut ostenderet in dominorum
arbitrio fuisse vel retinere vel contradicere vel sponte dimittere,
nisi ipse occulta virtute corum corda moveret: tum ne timidiores
redderentur discipuli, si certo aliquos super hoc ipsis quæstionem
moturos scirent, aut si mavis, conditionalis in simplicem tempora-
lem resolvi poterit h. s. cum vobis aliquid dictum fuerit respon-
debitis. Unicum exemplar teste Beza & Brug: in notū habet ἀπόστολον, τι-
moiτε, dixerit, quid facitis: sed sensus non variatur. Tertia prædi-
ctio de jumentorum dimissione. Erasmus (cui falso tamen, ut & Theo-
phylacto Beza approbationem etiam hujus sententiæ tribuit) notat,
in quibusdam (V Vecheliani in Complut: & vett: omnibus id ob ser-
varunt) Græcis codicibus haberi ἀπόστολον præsentis temporis ut
pertineat ad discipulos verū quid opus erat repetere, & dimittit eos
cum jam dixerit, ite in castellum & particula dē etiam hæc ad Christi
verba adhuc pertinere ostendat: imò Marc. 11. 3. expressè ad pul-
lum dimissio referatur, ideoq; alij cum Hieron. Chrysostom. Hilario &
Auth. op. imperfect. legunt ἀπόστολον emittet ut referatur ad jumenta,
cujus lectionis duplex sensus, vel respicitur Christus qui cito jumen-
ta remissurus sit, ut Chrysost. Euthym. & Aretius explicant, vel respici-
tur Dominus jumentorum cujus promptam concessionem Christus
prædixit: quæ posterior explicatio consentit verbis (juxta prior-
rem enim potius legendum foret ἀγαπώσιλη, licet non negemus,
etiam

eriam in hac significatione verbum ἀποσέλλω apud Demost. citante Budæo, minus tamen usitatè, reperiri) Scopo instructionis ut Apostoli de successu redderentur certa : eventui quia Marcus complementi loco adjicit & dimiserunt eos.

XI. 5. Ratio facti hujus non fuit defatigatio : et si quandoque *V. Facti ra-*
Christum defatigatum sciamus Joh. 4.6. at jam vix dimidij milli. *sio est pra-*
aris confecerat iter, nec novitatis studium ; nec casus fortuitus, sed *Scriptu-* *dictio.*

ra impletio. Res quidem non sunt propter prophetias sed prophetiæ fuerunt propter futuras res, quia tamen qui prædixerat futurum sciverat : factum est quia prædixerat, ut verax sit. Si enim aliter futurum, aliter quoq; prædictum fuisset : Ideoque in his dictis *particula V* non est causalis; sed demonstrativa eventus alias causas consequentis. Quò pertinet aurea Damasceni Regula l. 4. c. 20. *Quædam in sacris efferuntur αὐτολογίως quæ intelligenda sunt ἐκβατικῶς* eventualiter Psal. 51.6. Luc. 7.47. Joh. 9.39. Rom. 11.32. Et denique prædictions æquè ac præscientia Dei, necessitatem à priori rebus non afferunt. *Futurus ergo hic ingressus per Prophetam prædictus fuit.* 1. Ut Judæi haberent signa Messiæ venturi. 2. ut Pharisæi confundentur, qui proculdubio Christum asina vectum, terrenum Monarcham expectantes, despicerunt. 3. ut Ethnici refellerentur, tempore Tertull. (in Apol. c. 19. f. 709.) Christianos ob hoc *Astinari*-*os* appellantes. 4. ne discipuli humili hoc Christi ingressu scandalizarentur. *Prædictus vero ingressus à Christo impletus* 1. ut se verum Messiam probaret. 2. ut regni sui formam adumbraret. 3. ut humilitatem suo exemplo doceret. 4. ut spontaneam suam passionem esse demonstraret. 5. ut instabilitatem applausus mundani ostenderet. 6. ne cogeremur ipsius conspectum fugere. 7. ut distinguatur hic adventus ab eo, qui erit ad judicium. 8. ut pro superbia primorum parentum satisfaceret.

XII. Vaticinium ipsum trimembre. 1. alloquitur eam ad quam mitti. I. *Vaticinij*
tur: Dicite filiæ Sion : Zach. 9.9. Propheta ait : exulta valde filia Sion, *membrum*
Iubila filia Hierusalem. Discrepantia hic nonnulla se offerre videtur. *quam Pro-*
Erasmus hinc asserit in annot. Evangelistam nec usquequaq; convenire cum *pheta alle-*
Hebraica veritate neq; cum LXX. Sed impium & Christiano homine *quatur.*
indignum asserere Evangelistam cum veritate Hebraica (h. c.
Sp. Sanctum secum) non convenire. Ideoq; Salmeroni videtur ex
Ez. 62.11. desumptum initium esse; sed cum Evangelista Prophetam
non Prophetas dicentes introducat, nec causa evidens, quæ à litera

B disce-



*Lxxviii. flos
thi of.
Syn. Karlsruhe
gymn. lata.*

2. Membrum
quis ingre-
diatur.
*Admirabilis I,
nobilis II.
propterea III.
sternit IV.*

discedere cogat, adsit, Respondemus vel in genere cum Hieron. Epist. ad Pamphach. T. 2. Evangelistas & Apostolos solitos faire sequi sententiam, de verbis non admodum fuisse sollicitos: vel in specie Euangelistam auctoritatem attulisse, unde sponte latitia illa de qua Propheta, subsecuta, quae est annuntiatio adventus regis Tostat. q. 30. aut, quia historicus est populum latatum fuisse, quem ad latitiam adhortabatur propheta, ostendisse. Id. aut Prophetam ut praecomen introduxisse, hortantem ut & alij ex ejus ore nuncium hoc divulgarent. Fr. Luc. Brug super b. l. aut (ut Fr. Junius Parall. l. 1. paral. 36 vult) prius membrum ad prisca Ecclesiæ consolationem pertinens omisisse; posterus retinuisse. Nam qui clangunt & intonant sermone (*עִירָה*) enim quod apud Prophetam est, id quoq; significat) iij dicunt alij alijs, & dicta sua significant, ita quoq; Matthæus filiam Sionis jubet dicere filiæ Sionis. Iohannes pluribus omissis & non nullis etiam quoad verba immutatis citat hoc testimonium: dico enim tantum rem commonstrare voluit & pios ab his rivis ad fontem V. T. remittere: Dicit igitur *noli timere filia Sion*: nam exultatio à Prophetis nunciata & mansuetus regis adventus timorem expellunt. Filiam vero Sionis juxta Rabanum Historialiter vocant Propheta & Evangelistæ cives Hierosolymitanos per Hebraismum Psal. 45. 13, 137. 8. quam expositionem literalem esse probant. 1. ipsum τὸ πνῶν. 2. complementum. 3. paralleli loci Matt. 15. 24. Rom. 15. 8. *Synecdochice omnes Israelitas*: mysticæ Ecclesiam, in qua Christus verus David regnat. Gal. 4.

XIII. In 2. membro vaticini desribitur Dominus ingrediens. 1. ut admirabilis, Ecce enim quod Spiritus sancti (NB.) non tantum demonstrationis Marc. 13. 1. sed etiam admirationis (cujus semper in hoc Domino causæ apparent) Esa. 7. vers. 14. est nota. 2. ut nobilis & potens. Rex enim est idque nativitate æterna Psal. 2. 7. temporali. M. 2.2. plenaria administratione. Psal. 110. 3. ut Iudaorum agnatus, tuus enim rex per appropriationem i.e. propter incarnationem (rex enim Israelitarum alienigena esse non poterat, Deut. 18. vers. 15.) qui cum Patre & Spiritu sancto omnium rex est propter creationem & protectionem. 4. Ut humilis, venit enim & quidem ut serviat. M. 20. vers. 28. apud Prophetam futurum est נָכַר quod aliqui putant Matthæum mutasse

mutasse in tempus præsens, cum jam Prophetia fuerit impleta;
sed quia Prophetam Matthæus loquentem introducit, etiam
ad tempus prophetæ verba accommodanda: & vel Propheta in
præsenti loquitur (ut futurum Hebræo more pro præsente po-
natur) ob certitudinem rei futuræ, vel (juxta Iansenium & Bru-
gensem) cum ἔχεται, quod Evangelista habet, ambiguum sit
& per præsens reddi possit & futurum, pro alterutro licebit ac-
cipere. 5. ut amator. Venit enim tibi (utiique ex solo amore)
tum ad te ex gloria cœlesti in miseriam cum tu ad ipsum venire
non posses, tum pro te in tuam utilitatem, tum propter te in tuam
salutem. Si intellexeris, venit tibi, hoc est, ut salvet te, si non intellexe-
ris, veniet contra te, hoc est ut perdat te. Auth. op. imperf. in Matth. Hom.
73. 6. ut clemens, mansuetus enim cum hic cum M. II. appellatur.
Zacharias loco postremi alia tria Epitheta habet, Describitur er-
go 7. ut justus non solum activè, quia justè & inculpatè vixit sed
eciam passiue quia merito passionis factus est nostra justitia i. Co-
rinth. I. vers. 30. 8. ut Salvator, Hebræa vox υἱος cuius eadem
radix cum voce Jesus. I. redditur actiue. Sic Targum, quod De voce
Judæis authenticum reddit פָּרָא Liberator. LXX. σωζων hinc- υἱוֹ
que Schindlero est nomen ejusdem significationis cum
υἱוֹן Salvator, hucque facit usus Scripturæ Esa. 43. vers.
3. M. I. vers. 21. I I. Redditur passiue à Galatino l. 8. cap. 9. &c
Ar Mont. Salvatus ipse, sicque dicitur Messias I. Respectu salutis,
quam effect, quia operis perfectio in operantem redundat Sic R.
Menahem Rakenad refert Genes 3. Salus Israel est Salus Dei sancti &
benedicti: ut dixit R. Berachias sacerdos, Quia scriptum est. Zachar.
9. cap. Iustus & salvatus & non justus salvator ipse, Vbi senex iste Sacer-
dos ostendere conatur, quod Deus salvando Israel id est, fideles, salvatus
dicatur, ex eo quod Propheta iste justus & salvatus dicat. Per justum
namque (ut ejus verba planè sonant) D E V M intelligit. Et ratio super
quam ejus dictum fundari videtur, est, quia quemadmodum operis perfectio
in operantem redundare solet, sic humani generis salvatio in D E V M
quodammodo resultat, &c. Hac Galat. lib. 3. cap. 23. atque huc per-
tinet, quod in scripturis dicitur Dei salvatio Psalm. 13. vers. 6.
Esa. 62. vers. II. Psal. 91. ult. 2. Respectu sui ipsius. Vatablus servavit
se nimis respectu humanae naturæ, qui aliter salvare noluit quam
prius ipse oppressus & cū victoria resuscitatus, à seipso tamē, omni

B 2.

alieno

V. incautus

VI. placidus

VII. iudicis &
modestus

VIII.

I.

2.



IX.

alieno & externo subsidio destitutus : prisci Rabbini affirmant esse unam de durissimis scripturis arguitq; Deum ipsum fore pretium redemptio-
ni & solutionis, quos citat Helvic. Disp. V. Giessen. Tom. IV. th. 31. 3. Re-
spectu piorum, quotidie enim ipse in membris servatur Spirituali sa-
lute 3. III. Redditur intransitivè & significat opē habere, sic Israel dicitur
Salvatus esse in Domino Deut. 33.29. Esa 45. 17. h.e. opem habuit in
Domino essetque sensus, plenus est opitulatione & salute. 9. ut hu-
milis vel pauper, talis enim Christus factus & ut nos ditaret 2. Cor.
8. & ut Judaicum errorem de terrena Messia monachia e-
velleret, & ut Diabolum, opus incarnationis & redemitioonis late-
ret & denique ut mundi divitias contemnere doceret. Hic verò
Evangelista cum Propheta conciliandus, qui loco postremarum trium
appellationum Dominum ingredientem mansuetum appellavit,
quidam ergo ut Tostat. q.30. justo, Salvatori & pauperi æquipollere
vocem mansueti putant sed omnia eam vix continere quivis videt
alij proinde ut Fr. Iun. putant, Matthæum justi & salvatoris nomen
(quod utrumq; parenthesi inclusit *Vatablus*) reticere, non quod
expungi debeat, sed quod non sit hujus argumenti : ubi satis fuit
regis adventantis signa exprimi & quasi digito pleniores locum
indicari. Appellationem v. pauperis explicari nomine *παρθενος*
& mansuetum eundem dici, non esse insolens, tum quia mansuetus
עַבְרִי & humilis יְהֹוָה unica litera, & idfferant, tum quia apud He-
braeos ab eadem radice descendant, tum quia in sensu conveni-
ant, nostri enim regis paupertas, non est alia quam mansuetudo
& volūtaria gloriæ abdicatio, tum quia Spirituali paupertati man-
suetudo semper conjuncta, tum quia nemo mansuetus, nisi hu-
milis, afflatus & paupertate probatus, tum quia utramque rex no-
ster suo ingressu hoc ostendit : ob hanc summam rerum significa-
tarum affinitatem *Vatablus* mitis & L X X. *παρθενος* reddiderunt.

3. Membr.
qua pompa
ingrediatur.

XIV. 3. Vaticinij membrum pompam describit, sedebit 1. super
Matt. ὁρον utrumque est utriusque generis, in fœminino
reperitur illud Ex. 13. 13. 2. Sam. 19. 26, hoc in præsente capite.
Plerique in genere masculino accipiunt, ut Euthymius, Iunius: Ian-
sen: Salmer. ut idem ξενιτικῶς dicatur : Sed qui antecedens Christi
mandatum (de quo th. 9.) & subseqq. executionem discipulorum, cu-
jus utriusque rationem ex prophetia hac petit Matt. considerave-
rit, asnam cum pullo intelligendā esse, haud facile negabit. *Syriacā*
versionem

versionē frustra citat Salmerō, quæ נְמַרֵּה hoc ipso in capite v. 2. & 7.
in fœminino usurpat genere. Sedebit et super עִיר בְּן אֶתְנוֹה pullum si-
lium asinarum וַיַּעֲשֵׂה nō tam pullum quam juvencum asinīnū equita-
tioni idoneum notat Jud. 10. 4, 12. 14. in reliquis verbis Hebraic-
mus est, filius asinū h.e.unius ex asinis, quem Hebraismum Mat-
thæus explicavit. Nam Hebræi filium gregis qui unius matris par-
tus est, vocant: ita filium asinarum, qui unius asinæ (quarum duæ
in agro subiuges adhibebantur) est partus appellant: Matthæus ve-
rò filium subjugis asinæ eum esse dixit. Simul etiam humilitas Christi
insinuatur, quod non asina, quæ ad iter faciendum (qualibus etiam
nobiliss. hominum tum utebantur Num. 22. Jud. 5. 10. 1. Reg. 13.)
sed ad portanda onera alebatur, fuit usus. Calvin. in Zach. c. 9. Meta-
phorica & figurata hæc verba esse afferit, quorum genuinus sensus
sit, Christum fore q. obscurum hominem. Pugnat tropus hic 1. cū ver-
bis prophetiae: si enim paupertatem duntaxat voluisse indicare, suf-
fecisset vox נָבָע abunde suffecisset mentio asinæ, nec opus fuisset
accurata pulli descriptione, cum opulentia potius signum sint
plura jumenta 2. cum scopo prophetiae, qui urgentibus id Evangelistis
concedētibus ipsis Rabbinis, est demonstrare certum advetus Mes-
siæ signum, 3. cum citatione Prophetæ Matthæus & Johannes ad ra-
tionem literalis non Metaphorici adscensus reddendam ea utun-
tur. 4. cum impletione prophetiae: Matthæus enim ad implendam pro-
phetiam Christum realiter non tropice asinam adscendisse scribit:
5. cum toto Christianismo. Labefactatur enim authoritas Evangelistarum,
anne genuinum sensum prophetiarum adduxerint. Labefactantur
reliqua τριπλάσια, ex quibus adventum Messiæ probamus, cum & illa
tropis perverti possint. Labefactatur tota scriptura in qua ejusmo-
di tropi nihil tandem certi relinquunt. Nota tamen posteriores
rationes loqui de illis dictis, quæ & literaliter de Messia in pro-
phetiis loquuntur: & literaliter impleta esse apud Evangelistas le-
guntur.

X V. 6. Discipolorum sequitur obedientia, in qua occurrit 1. VI. Obedien-
promptum studium, dum mandati limites nullatenus transgrediuntur. tia discipu-
2. Veritas omnium à Christo prædictorum, ut reliqui Evangelistæ lorum,
annotarunt. 3. Eventus felix, adducunt enim & asinam & pullum.
4. Ornatus jumentorum nō tapetia sed iμάτια vestimenta extima sive

pallia syrus reddidit נָא לְעֵלֶת super pullum non super eos, scilicet collocatio super jumenta, de qua vid. Th. 16.

QUÆSTIONES.

1. An Christus sit Messias? Fides nostra & Judæorum convenit, quod utrinque Messiam à Deo promissum credimus; discrepat principaliter, quod nos articulo II. Symboli profitemur exhibitum jam cum esse; Judæi verò articulo XII. fidei suæ à R. Mosche Bar Maimon, concinnatæ, adventum ejus adhuc expectando expectant. Ad primariam hanc controversiam decidendam nostrum Evangelium ordinatum, ex quo ita argumentamur. In quoconque prophetia hæc Zachariae impleta est, nō est verus Messias; In Christo ea impleta est. E. Ultramque probamus propositionem: Majorem quia loquitur Prophetæ de Messia, quod patet. 1. ex coherentia cap. 9. 10. 11. in quibus latè Christi regnum ejusque in id adventus describitur 2. ex attributis hujus regni nulli Hierosolymitano, immo mundano regi congruentibus, ut quod simul pauper & Rex v. 9. & quidem rex potentissimus v. 10. quod pacem locuturus gentibus (quas tamen Hierosolymitani reges semper oppugnarunt) verl. 10. confer Ephes. 2. 14. quod dominetur à mari usque ad mare & à flumine usque ad fines terræ v. 10. confer. Ps. 72. 8. quod hoc dominium sine armis temporalibus acquirat v. eodem. quod [nonnulli enim & hoc addunt] appellatur salvator נָא לְעֵלֶת divino nomine. Esa. 42. 8. unde quidam נָא לְעֵלֶת deriyant, confer. Esa. 35. 8. Zach. 2. 10. 3. ex interpretatione duorum Evangelistarum Matthæi & Johannis; quod argumentum, licet omni exceptione majus cum Judæi non recipient, petimus.

4. ex testimonio Rabinorum. R. Salomonis glossa ait, (referente Galatin. 1. 8. c. 9.) Ecce rex tuus veniet. Non potest hoc exponi nisi de rege Messia, quia dictum est hic Et dominum ejus à mari usq[ue] ad mare & à flumine usq[ue] ad fines terræ, & non invenimus talēm dominatorem in domo secunda, h.e. tempore secundi templi fuisse. Consentit R. Moses Hadarshan in expositione Genes. super. Gen. 14. 18. Item super illud: ligans ad vitum pullum suum, In Bereshith Rabba super locum eundem similia inveniuntur. Item in Midras Coheleth, (citante Galatin 1. 8. c. 7. & 1. 10. c. 5.) & in Bereshith Ketanna Gal 1. 19. cap. 2. quin ob hoc ipsum dictum duos fixere Judæi Messias, ut quæst, seq. videbimus.

Ad



Ad minoris probationem quatuor requiruntur. Ut demonstretur
1. prophetiae veritatem & circumstantias testari eum, in quo impleri debuit
prophetia, jam venisse. 2. Christum ita venisse. 3. nullum alium prater Christum
monstrari posse, qui ita ut prophetia vult, ad filiam Sionis pervenerit. 4.
alias circumstantias Evangelij evincere in Christo revera prophetiam fuisse
impletam. Primum probamus. 1. quia prophetia agit de Messia uti
demonstratum, at illum jam venisse evidenter apparet ex tempore
eius adventui destinato Gen. 49.10. Dan. 9.4. 24. elapsi; ex templo
ad quod venire debuit. Hag. 2. 10. Mal. 3. 1. vastato: ex loco in
quo nasci debuit Mich. 5. 2. destructo &c. Ergo is in quo Prophetia
impleri debuit, jam venit. Ad exceptionem Iudeorum geminam
vel Messiam termino constituto ob peccata Iudeorum non venis-
sc, vel venisse quidem sed latere, vide responsiones sufficientissi-
mas D. D. Helvici Disp. 12. Tom. I V. Giessense 2. Prophetia haec
impleri debuit, cum adhuc essent Hierosolymitani cives juxta
Hebraismum th. 12. explicatum, cum ergo hi nulli amplius sint,
cum venisse oportet, in quo prophetia haec debuit impleri.

Secundum probamus. 1. testimonio quatuor Evangelistarum, qui-
bus quoad hanc historiam nullus unquam contradixit, 2. Testimo-
nio Ethnorum: Romae enim ob hoc ipsum Christiani dicti sunt
Asinarij, teste Terull. in Apol. c. 19. f. 704. 3. Testimonio Iudeorum: qui
Christum Deum esse negant, quia Asinæ animali immundo (at
David & alij Sancti sine contaminatione sua idem fecerunt, cum
tantum ratione cibi & sacrificiorum immundi fuerint: imò hoc
non nobis sed divinæ sapientiæ id constituenti & prædicenti
objicitur, nec minus etiam equo insidere prohibitum fuisse: &
deniq; si omnino impuritas aliqua Levitica adfuisse, Christus o-
mnes Leviticas ceremonias abrogaturus erat) inequitarit refe-
rente Molthero in malleo obstinationis Iudaica. Disp. 2. Th. 15.

Tertium probamus ipsa rei evidentia, nullum enim monstrare po-
terunt, qui ita ad Hierosolymitanos accesserit. Esdræ, Mardochæ-
o, Nehemiae vel (ut A. Ben Ezra vult) Macchabæi haec accommodari neque-
unt. 1. quia pro Messia de quo hic locus agit, nullus ex ijs ab
ipsis Judæis agnoscitur. 2. nullum regem nedum talem
late dominantem post captivitatem Babyloniam habuerunt.
3. in nullo eorum talis solennis super asinam & pullum ingressus
monstrari

monstrari potest. 4. probatur idem proprio testimonio adversariorum, ut ex glossa R. Salomonis expressè audivimus, non fuisse in secunda domo (Christum enim recipere nolunt) talem dominatorem.

Quatum quod concernit, cum aliis quoque asinæ insidens ingredi potuisset Hierosolymam, ut firmiter demonstremus, non fortuito hæc esse facta, sed omnino prophetiam huc spectasse adducimus 1. Christi omniscientiam & videt absentia, asinam, pullum, utrumque ligatum in ingressu pagi, pullum indomitum neminem portasse & scrutatur corda, scit cogitationes cum contradicentium concedentium. 2. prædicta futura tam inventionem quam dismissionem jumentorum. 2. Christi omnipotentiam & jubet quia Dominus aliena adducere animalia. 3. flectit corda, ut ad solum jussum Domini jumentorum cesserint ei usum eorum. 3. rex est & agnoscitur sine humanis præsidiis, & terrenis adminiculis 4. corda flectit discipulorum, populi, infantum, linguas movet, quin si hic tacuerint, lapides clamaturos afferit. 5. curat morbos templum ingressus. 6. ejicit negotiantes è templo, ipse excommunicatus Joh. 11. & omnibus Prælatis exosus, sine satellitibus vel exercitu, solo verbo, aliquando etiam flagro adhibito. 3. Christi sapientiam, quæ ex omnibus circumstantiis appareat. 4. Christi in prædicta majestate summam humilitatem. a. insidet non equo sed a sello. b. eoque mutatio 5. ornatu non sunt tapetia, sed discipulorum vestimenta. 5. stipatus est inermibus comitibus pro hastis ramulos gestantibus, 6. exceptus à pueris tantum & turba. 7. in ipso ingressu flet, quod fœmineum videri posset. 8. nemo eum in domum excipere audet sed sub vesperam exire & in Bethaniam redire cogitur. 5. populi acclamationem & factam concordibus animis tantoq; applausu & veneratione b. contra prohibitionem Pharisæorum Joh. 9. 22. 11. 57. 9. sumitam è scripturæ verbis multo ante de Christo prædictis. Hæc omnia ingressum hunc non fortuitum sed illum ipsum à propheta prædictum esse firmiter probare credimus.

I I. An duo Messiae in scripturis promissi? Judæi duos confinxerunt Messias, unum Ben Joseph, de quo quicquid humile in scripturis de Messia reperitur dictum censem: Alterum Ben David, cui omnia sublimia applicant, ut patet ex lib. Abcath Rochel p. 1. Ad filium Ben Joseph ergo præsens dictum Zach. quia de paupertate Messiae loquitur, accommodant. Nos ex hoc dicto unum esse Messiam, de quo & sublimia & humilia dicuntur, ita probamus, Rex ob quem

Judeis



Iudæis lœtandum quicq; dominatur à mari usq; ad mare est Messias filius David: alter enim citò moriturus nec lœticia causa, nec tantus dominator esse potest. Atqui Messias pauper super asinam equitans & Iudeorum propria confessione Messias filius Joseph, est Rex, ob quem lœtandum, qui-que dominatur à mari usque ad mare apud Zach. E. Messias pauper super Asinam equitans à Iudæis Ben Joseph dictus est idem cum eo qui Ben David dicitur. Accedit Rabinorum testimonium 1. Alter cantum R. A. Ben Ezra enim scribit, quosdam expositores de Messia filio David, quosdam de Messia filio Joseph exponere. 2. hoc dictum de Messia filio David clarè explicantium, ut in Beresith Rabba super Gen 49.41. referente Galat. 1.4. cap. 2. vid plura testimonia 1.8. c.9. 3. Disertè de una persona exponentium Ps.72. ubi de Messia gloriose agitur & de filio David explicatur in Midras Tillum. super Psal. 2.72. & Zach. 9.9. ut Rab. Saadia Gaon. in Dan.7.14. Quæ Judæi ulterius objicere solent, facile solvuntur distinctione inter statum exinanitionis & exaltationis, itemque inter humilem & gloriosum Christi adventum & denique inter beneficiorum (quæ involucris ut plurimum temporalibus teguntur) spiritualium inchoationem in hac & plenam perfruitionem in altera vita.

III. An noster Messias verus Deus? Divina miracula ex hoc ingressu eluentia vidimus quæstione 1, ex his ergo & similibus miraculis Deitatem Christi probamus his observatis conditionibus à D. D. Præside T. 1. Loc. de Deo Patre & Filio parag. 89. & 94. notatis 1. Miracula confirming doctrinam: At Christi doctrina quam miraculis probavit, fuit se esse æqualem Deo. Joh. 10.38. 382, 0.31. II. Christus propria virtute ea edidit: in eo enim opponuntur miracula Christi & Apostolorum Act. 3,6. Confer. Joh. 5, 19. 10, 28, 29. 30. III. Christus ea edidit ad suam gloriam demonstrandam. Johan. 2, 11. hinc etiam doçology. Deo propriâ ob miracula se honorari est passus Mar. 7. 37.

IV. An omniscientia & omnipotentia illa etiam ad humanam Christi naturam pertineat? Sæpius hæc in Evangelij occurrit quæstio, breviores proinde erimus. 1. Asserimus fallum esse ad miracula concurresse Humanam Naturam ut nudum duntaxat instrumentum. Actor. 10,38. II. Statuimus Christo secundum humanitatem in tempore omniscientiam & omnipotentiam aliaq; divina idioma- ta esse communicata. Fuse de his actum. T. 1. Loc. Deperso. Chri. parag. 82. parag. 103 & seq. 104. & seq. Hinc sequitur prædictionem futurorum, visionem absentium, inspectionem & directionem.

C

cordium



cordium nihil aliud esse quam splendorem divinorum idiomatum in unione humanitati communicatorum & propter exinanitionis statum quoad plenam xenii inhibitorum emicantem, in testimonium plenarij exercitijs pessionem ad dexteram Patris aliquando exercendi.

V. An Pontifices Iurisdictionem habeant temporalem? Affirmativam ex accessu Christi ad Bethphagen viculum sacerdotum colligit Mus-
sus conc. T. 1. in Dom. Palmarum p. 741. quod à Christo propterea factum censet p. 742. ut honoraret magnam potentiam Sacerdotalem, doceretq; reges non esse legitimos reges, nisi à summo Sacerdote fuerint instituti, nisi Pontificem agnoscant: & in præcedentibus ait, Papam omne habere imperium & temporale & Spirituale, & denique subditos jura-
mento absolvit, si Papæ reges non obedierint. Sed 1. contrarium potius Christus suo itinere ostendit, non enim recta ad arcem regiam Sionis, quo via regia ducebat, tendit, sed deflectit iter & ad tempulum venit, ut monstraret, se suosque veros ministros non mortalia quærere regna, multo minus ea distribuere. 2. Venfimilior allegoria Christum ostendere voluisse, se jam venire ut victimam protius mundi peccatis. 3. fundamentum est lubricum, nimirum duntaxat allegoria, nequidem è sacris petita, quæ nec Bethphagen fulle vicum sacerdotum, nec ob hunc finem Christum accessisse assertunt. 4. fundamentum partim est planè falsum. Christus n. imme-
diatè à Deo suam potestatem accepit, nullibi agnoscit potentiam sacerdotalem in suo officio, imò infra v. 23. ne quidem originem hujus suæ potestatis Sacerdotibus voluit indicare, nec denique sacerdotibus V. T. reges instituere vel deponere fuit injunctum. 5. Christum talem potestatem ulli Apostolorum nedum Pontifici Romano dedit, quæ regum Christianorum deteriorem faciat conditionem, quam Ethnicorum, imò vasallorum, nullo Scripturæ dicto aut exemplo vel in speciem probabile reddi potest. Plura huc pertinentia habentur in Explicit. Evangelii Dominicae XXIII. post Trinit p. 2. q 7. 9. 10. 11. & apud Arnf. de subjectione & exemptione Clericorum c. 5.

V I. An Dei providentia etiam ad res viles sese extendat? Plinius cum alijs inter reliqua argumenta ad generalem providentiam Dei evertendam affert hoc quoq; quod obscuret majestatem DEI, frasseratur eum hæc abjectissima curare: nō longe abest Vorstius negans Deum rebus vilibus esse præsentem, Sic enim nec præsens & imme-
diatè

diatē eas conservabit. *Contrarium testantur 1. Salvator* in hodie-
no Evāgelio, quem nec asini in bivio, nec vincula eorum, nec sex-
us, nec ætas, nec juga, nec labores nec herorum solicitudines pro-
ijs latuerunt. *2. Scripturæ testimonia* afferentia Deum curare pas-
s̄es, M. 10. 29. L. 12. 6. capillos, M. 10. 30. Lilia agri M. 6. 28. vo-
latilia cœli v. 26. Confer. & Psal. 36. 6. 104. 28. 147. 9. 3. *Firma con-*
sequentia. Si enim non est contra majestatem Dei, res viles præsen-
tem creare, nec erit contra eandem res creatas & conservare &
gubernare. Etenim res omnes à prima causa Deo sunt tam in suo ef-
fe quam in operari. Hominis enim ea quidem est dignitatis con-
ditio, ut quod quisquam vilioribus curandis occupatus est, eo mi-
nor sit etiam ejus existimatio. At verò in Deo immensæ bonitatis
& potentiae est, æqualiter rerum omnium curam gerere, ut quod
minora sunt quæ curat Deus, eo plus dignitatis Deo ipsi accedat.

VII. *An communio bonorum introducenda?* Eam Anabaptisti-
cam confusionem quidam exemplo hoc Christi roborare volunt.
Sed distinguant 1. *inter creatorem & creaturam:* Christus ut creator &
Dominus rerum omnium, qui omnia hominibus dedit absolutum
habet super homines & possessiones eorum dominium, ab hoc ve-
ro ad creature quæ consequentia? 2. *inter bonorum nūc & x̄nūc il-*
lam ne Christus quidem (jure tamen potuisset) à Dominis jumen-
torum repetiit; hanc verò communem esse debere & ipsi urgamus
certo tamen servato ordine, agendi cum divitibus per contractus, cum
pauperibus per mutuum, cum mendicis per Eleemosynam. Hinc salvator
non absoluto jure utitur, sed Dominorum prius corda movet, ut
bona eorum pace quæ vellet impetraret *Communio vero bonorum A-*
nabaptistica 1. tollit VII. IX. & X. præceptum 2. contrariatur ordina-
*tioni divinæ Prov. 22. 2. 1. Tim. 6. 17. 3. impedit studium Eleemosy-
narum mandatum 1. Cor. 16. 1. 2. 2. Cor. 8. 14. 4. Confundit discrimen*
dominorum & servorum Eph. 6. 5. Col. 3. 22. 5. Evertit Oeconomi-
am 1. Tim. 3. 4. 5. 4. 6. Ignaviam multorum foyet contra Eph. 4. 28.
2. Thess. 3. 10. 12.

VIII. *An verbum Christi sit mortuum?* Svenfeldius verbum Dei sub-
stantiale à verbo prædicato & ut ipse loquitur, externo & corporali ita di-
stinguit, ut illud vivisicum, hoc inefficax; adeo q̄ nullum aliud à Deo verbum
unquam dictum aut prolatum esse, quam unum illud Verbum quod caro fa-
ctum est, asserat. Uterque error in præsenti refutatur Evangelio.
Nam 1. *Esse aliquod verbum Dei, quod non est essentiale, ita demonstram⁹;*

Quicquid Christus locutus est, fuit verbum Dei, *tum* quia ipse verus Deus, *tum* quia verba, quæ loquitur, à seipso non loquitur, sed Pater in eo manens ipse facit opera Joh. 14. 10. & v. 9. Qui videt Christum (ita & qui audit) videt Patrem, At verbum quod locutus est, fuit ὡροφητὸν non substantiale, E. & verbum ὡροφητὸν est verbum Dei. Confer. Act. 4. 31. 6. 7. 2. Cor. 4. 2. 1. Thess. 2. 13.

2. *Hoc ipsum verbum efficax esse*, inde probamus, quia per id à discipulis prolatum corda Dominorum moventur, quod patet. 1. quia discipulis à Christo datur in remedium contra repugnantes, 2. quia promittit Christus secuturam id dimissionem 3 quia evenitus repetitionem secutus idem testatur Mar. 11. 6. Absit ergo, ut cum Tostat. q. 25. in c. 21. Matt. credamus, virtutem aliquam realiter non fuisse in verbis illis, aliumq; modum, de quo in textu nihil confingamus. Eandem vim hodieq; verbum Christi per ministros prolatum. L. 10. 16. in cordibus hominum ad credendum promovendis habere, clarè testatur Salvator Joh. 17. 20. Confer. Rom. 10. 17. Rom. 1. 16. Act. 11. 14. 13. 20. &c. Hinc Zachariæ adhortationem ad gaudium per τὸ dicere Evangelista ad Sionem vult venire.

IX. An ratio consulenda verbo præsente? Recte negat Iod. Nahum. in Conc. p. 18. Dei decreta stulta rationis trutina ponderanda aut examinanda: Certè (pergit) si discipuli in consilium adhibuissent rationem humanam, suafisset illa ea fatienda non esse, quæ ipsos discipulos in periculum amittendæ famæ vel etiam vitæ adducerent. Enim verò quis sine periculo alterius nobis ignoti asinos abducat? Approbamus hæc & r. confirmamus Apostoli monito 2. Cor. 10. 5. Abrahæ exemplio Gen. 17. 22. fidei proprio Heb. 11. 1. Mysteriorum Dei natura 1. Cor. 2. 13. 14. 15. Sapientiæ humanæ contrarietate Rom. 7. 6. 7. 1. Cor. 1. 19. 21. rationis per lapsum corruptione &c. II. Postulamus, ut hujus suæ confessionis in articulo de Persona Christi & S. Cœna sit memor. III. Rogamus, ut cum alijs suæ gentis effatis conciliet, qui cum patre Cinglio in Colloq. Marpurg. An. 29. asserunt, nihil credendum esse, quod ratione comprehendi nequeat.

X. An scriptura loquatur? Cum Syvenefeldio afferit Costerus, scripturas esse literam mortuam scriptam atramento in membrana, & Lindanus Scripturam esse mutum Magistrum. Sed Evangelista noster Scripturas Zachariæ non mortuam literam & Zachariam tum tantum in Scriptura extantem non mutum magistrum sed adhuc loquentem intro-

introducit, & ad eum ceu judicem de tota hac historia sententiam
ferentem provocat. Huc pertinens omnia dicta, in quibus vel lex,
Scriptura & Prophetæ loqui dicuntur Rom. 3.19, 4.3 Matt. 22. 22. vel
idem audiri jubentur L.16. 27. Sp. S. enim per Scripturam nobis
loquitur.

XI. An Evangeliste ut spirituales Ecclesiæ superiores una cum suis suc-
cessoribus autoritatem habeant sacrarum literarum sensum interpretandi?
Affirmat Costerus p.558. quia non verba sed mentem Prophetæ, citent Evan-
gelistæ. Plurima hic concurrunt. 1. Ab Evangelistis ob S. S. im-
mediatam assidentiam omni errore liberis Joh. 16.13. ad hodiernos
Ecclesiæ Doctores hoc privilegio carentes nulla consequentia 2. Num Euan-
gelistæ, quoad munus proprium, quod est Evangelium conscribere
& posteritati relinquere, habent successores? 3. Laici ab interpretatio-
ne Scripturarum planè excluduntur: at fuga Pseudoprophetarum
M.7.15. & probatio Spirituum i. Joh.4.1. etiam Laicis mandata, si-
ne lectione & intellectu Scripturæ, qui in legitima ex verbo Dei
petita interpretatione consistit, esse nequit. 4. Per autoritatem in-
terpretandi Scripturas, intelligunt quasvis detorsiones Scripturarum
à Pontifice confictas (adductas, a D.D. Praefide magna copia inveni-
es T.1. Loc. de Interpret Scripturæ parag. 32.) ita obedienter à fidelibus
esse audiendas ut quamvis non videant, quomodo cum textu con-
veniant vel pugnant, tamen se habere ipsissimum verbum Dei,
cum Hosio Cardinale, existiment. 5. per successores hos intelligunt Pon-
tificem solum, huic enim soli privilegium sine errore interpretandi
Scripturas, Pontificios tribuere, latè probatum & refutatum est d.
l. parag. 10. & seqq. Hæc quinque ex citatione Evangelistarum (in
qua vel ipsa verba vel certè Prophetæ referri sensum Th. 12. 13.
14. probavimus) aut deduci non possunt, aut nos cæci su-
mus.

XII. An Christus salvandi animo solis Electis venerit? Contra Calvi-
nianos ita argumentamur: Quibus Christus venit ut Rex eorum, venit
ipsis, venit ut salvator illos salvandi animum omnino habet, At
Christus civibus Hierosolymitanis, ex quibus plurimos non fu-
isse electos negare non poterunt adversarij, confer. Joh.1.11. M.23.
37. (per filiam Sionis enim hos literaliter intelligi Th. 12. proba-
tum: at literalis sensus non mysticus fundamentalis est) venit ut
rex eorum, venit ipsis, venit ut salvator. E. ipsos salvandi animum ha-
bet. Intolerabilis ergo vox merito visa est Bucani in l. de Praedest p.395.

C 3

Christus.



Christus nec Pharaonis nec Iudee nec Caiphæ nec Herodis &c. redemptor est, pro quibus nec mortuus est; at num forsitan ad Judæos Judas & Caiphas non pertinebant? annon verò h.e. Spiritui sancto in os contradicere.

II. PARS de
ingressu.

I. Christus
ingrediens.

Varia lectio,
I.

II.

II. PARS DE INGRESSU.

XVI. In ingressu considerandus Christus ingrediens, & populu excipiens. Ille 1. insidet utrique animali 2. flet urbem aspiciens: utrumque rationi absurdum hoc muliebre, illud ridiculum videretur: Sed Stultitia Dei sapientior est quam homines 1. Cor. 1, 25. Utriusq; igitur gravissimæ afferri possunt causæ. De fletu agitur Domin. X. post Trinit. De equitatione occurrit varia lectio, & interpretum dissensio, Quædam enim exemplaria legunt ενδιστερον sedit, sic syrus וְרַכְבָּב & equitavit, quædam επενδιστερον insedit, quædam επενδιστερον collocarunt ut ad discipulos referatur: re ipsa non pugnant hæ lectiones; ultima tamen est usitatissima & videtur ex cohærentia textus fluere & præcedentes in se continet, Rursus Vulgata legit ενδιστερον eum desuper sedere fecerunt, ut Christum pronomen relativum respiciat, cui lectioni Beza favens, Syrum favere dicit, qui tamen reddidit וְרַכְבָּב עַל־וְרַחֲיוֹ וְשׁוֹעֵב & equitavit super eum Iesus ad pullum solum pronomen referens. Frobenius excudit αὐτὸν super eam asinam videlicet quod si exclusive accipiatur, direcetè reliquis Evangelistis contradicit: Communiter scribitur αὐτὸν & refertur vel ad vestimenta vel ad jumenta, quod posterius consentit cum Zacharia, & eodem modo phrasis ενδιστερον αὐτὸν in immediate præcedentibus accipitur, nec principaliter Evangelista Christum sedisse super vestimenta; sed equitantem Hierosolymani ingressum fuisse, demonstrare voluit.

Interpretum
dissensio

XVII. Dissentiunt verò interpretes An utrique animali insederit an utrig. a. an verò tantum pullo: posterius affirmat Hieron. lib. 3. in Matt. T. 9. Eunimali Chri-thymius c. 45. in Matt. Abulensis q. 17. Salmer. Bucerius, Beza &c. 1. quia stas insederit turpe utrique animali tam ex quo tempore Christum insedisse R. etiam turpitudinem de ipsa equitatione super asinam ob breve intervallum ob animal contemtum sibi singet ratio. 2. quia reliqui Evangelistæ de pullo tantum id asserunt, responsum fuit th. 9. de Iohanne

Iohanne tamen res adhuc incerta est, quia *Evag.* facit mentionem,
quod tam de pullo quam de asina accipi potest. Addi potest cau-
sa, cur reliqui Evangelistæ asinæ non fecerint mentionem, *tum*
quia diutius forte (præsertim in ipso urbis ingressu) pullo infederit
Christus *tum* ob mysticam interpretationem de vocatione genti-
um, *vel* quod mox defecturi essent Judæi *Acto.* 13. 46. *vel* quod
Ethnicis tres Evangelistæ Græca, Matthæus Judæis Hebræa scri-
pserit lingua. Nos ergo Theophylacto Rabano alijsque subscribimus *Affirmatio*
statuentes Christum utroque jumento per vices usum esse. 1. *ob sententia*
finem mandati Christi, jussit Christus utrumque adducere th. 9. at *probatio*.
alius finis quām ut utroque uteretur afferri nequit. 2. *ob necessita-*
tem, utroque enim opus habere dicitur, at si alterutro usus non.
fuisset nec eodem opus fuisset. *As* cum *Euthym.* (referente *Sat-*
mer.) opus fuit asina ut lequeretur *vel* quia pullus sine ea non ve-
nisset, *vel* *ob mysterium*, quod postquam gentibus infederit Chri-
stus, etiam sequuntur (*Rom. 11.*) Judæi R. parum verisimile pul-
lum equitationi idoneum ita adhuc matris adhæsse uberibus:
quin discipuli vi abstrahere potuissent, imò qui indomoito insidere
eundem obsequentem reddere potuissent. *Ex mysterio contrarium*
sequitur, si enim Christus utraq; unum facere debuit Eph. 2. 14.
utrique etiam insidere debuit ob significationem: *Mox subsecutura*
defectio aliud nihil interfert, quām ita diu Christum asinæ non insidi-
se: Si Judæi adhuc Christo subjiciendi (quamvis hoc à nonnullis
probabiliter negetur) utique & asinæ iterum infedit ob mysteri-
um 3. *ob prædictionem Prophetæ* in qua asinam intelligendam supra
Th. 14. probatum, quod advertentes qui contrarium sentiunt, *vel*
loquendi morem vulgatum fingunt, ut tribus ire equis dicatur, qui
tantum uni insidet reliquis ad equitandum paratis: *Sed unde hæc*
eis potestas, *Scripturæ Emphatica dicta* more loquendi non *Sci-*
pturæ nec satis trito, sed duro admodum (quis enim uni equo insi-
dentem tribus inequitate vel insidere facile dixerit) enervare? *vel*
talem afferunt *Synecdochæ*, quæ eademi ratione jumentorum in-
ventioniem, mandatam solutionem, adductionem & exornationem
duorum itidem Dæmoniacorum sanationem M. 8. 28. cæcorum
illuminationem, M. 20. 29. contra expressa verba ad unum tantum
restringeret 4. *ob adductionis & exornationis* utriusq; animalis *finem* cum
sine mandati concurrentem, non enim adduxerunt & exornarunt
utrumq;

III.

IV.



v.

utrumq; discipuli ut nescientes utri insidere vellet; sed ut mandatum de utroq; adducendo & utriusque necessitate scientes eique obedientes. §. ob claram Matibæi testificationem. Triplex de colloca-
tione Christi super jumentum allata fuit lectio. Prima ad Chri-
stum pronomen retulit, quæ Elliptica est (nil jam dicimus, quod
Græcorum Codd. autoritate destituatur) & ex antecedentibus, in-
quibus semper utriusque animalis facta fuit mentio complenda.
Secunda pronomen ad asinam retulit, quæ si non exclusivè sed de
principio equitationis accipiatur, egregium mysticum parit sen-
sum, & reliquis Evangelistis juncta firmiter nostram probat sen-
tentiam. Tertia pluralem habuit numerum & vel ad vestimenta
retulit, unde consequenter nostra probatur sententia, qui enim
vestimentis utriusque jumento impositis (nulla enim in Matthæo
distinctio) insedit utriq; etiam jumento insedit esse dicendus est: vel
ad jumenta retulit, sicque expressis verbis, id quod hactenus con-
firmatum asseruit; cui assertioni præter reliquorum Evangelista-
rum apparentem contradictionem explicatam, & confictam ab-
surditatem refutatam, & excogitatam Synecdochen repudiata
quod objicunt contradicentes non habent. syriaca versio, quæ
ad solum refert pullum, & Græcæ veritatis si qui enim sunt, qui il-
lam autographum Matthæi esse existimarent, ut Salmeron quos-
dam esse asserit, næ illi egregiè falluntur authenticæ opponi non
debet, & eodem quo reliqui Evangelistæ cum Græco textu con-
ciliari modo potest.

XVII. *Populus excipiens* turba plurima nominatur constans
ex Apostolis, 72. discipulis comitantibus & obviantibus reli-
quis, Lucas *turbam discipulorum* appellat, generaliter hoc utens vo-
cabulo, omnesq; Christo adhærentes ita appellans. Hi honore
quo poterant summo afficiunt Christum, imò tali quali solum
Deum soliri sunt Judæi afficere: num nec in sacris nec in profanis
(quantum nobis constat) legitur ulli regum hunc honorem à Ju-
dæis exhibendum: in scenopegiis verò Deum colebant ramos fe-
rentes & Hosanna acclamantes, sic ramos gestarunt in honorem
Dei, Macch. 13. § 1, 2. Macch. 10. 7. Huc referri potest, quod Scribæ æ-
grè ferentes tum honorem Christo exhiberi v. 16. dicunt ei: audis
quid isti dicunt: videl, honorem Dei tibi deferētes, & Psalmum de
Messia agentem tibi accommodantes, cuius causa impulsiva externas
virtus virtutes L. 19. 37. interna Christus ipse corda movens. De tem-
pore

2. Populus
excipiens.

Honoris.

3. Causa.

pore, quo hic honor initium sumsit, offert se discrepantia. *Iohan-* II, *Initium.*
nes enim antequam Christus asino insedit, factum scribit. Sed
ἰερολογία in ejus verbis esse unanimis trium Evangelistarum cō-
sensus monstrat, in primis quod *Luc.* 19. ordo accuratus notatur
v. 29. 35. in ascensu montis accipit asinum v. 36. tunc proficiscen-
te illo vestes substernunt v. 37. cum appropinquat ad descensum
incipiunt laudare Deum: nec verisimile populum prius singulari-
ter Christum honorasse quam singulari facto, videlicet cum asi-
næ insideret, se id velle ostenderet. *Honorabant vero opere & ore,* III Modus
opere triplici 1. vestimentū quæ substernebant, honor hic regibus so-
litus exhiberi 2. *Reg.* 9. 13. Testatur idem *Plutarch.* in *vita Caton.* *Vti-*
cens. *Si magni nominis viri fecerunt, pretiosiores;* *Si pauperes ca-*
riores erant vestes, utring majestas Christi crescit. 2. *ramis:* eos
cædebant & ijsdem viam sternebant, fuerunt rami partim palma-
rum *Ioh.* 12. 13. quæ signum olim victoriae & triumphi *Plut.* 1. 8. *Sym-*
pos quæst. q. 4. *& vita Thesei;* Christus enim victor *Apoc.* 5. 5. 1. *Cor.*
15. 55. partim olearum (erant enim in monte olivarum) quæ si-
gnum pacis *Liv. Dec.* 3. l. 9. & 10. Sic Christus pax nostra *Eph.* 2. 14. *Ef.*
9. 6. *Ioh.* 15. 27. 3. *Ordine eoq; convenientissimo, pars enim turbæ,*
obvians videlicet, præcedit, pars cum Christo veniens sequitur
eum *Luc.* 19. 28. ipse medius incedit. *Ore etiam honorant & qui-*
dem cum clamore non confuso, sed ut distinctus perciperetur sen-
sus hymni triumphalis.

XIX. *Hymnus ipse tribus quasi constat clausulis, quæ singulae vo-* Hymnus
tum conjunctum habent 1. *ad Messiam* refertur. *Hosanna filio David.* 1. *Eius prima*
De voce Hosanna notanda. 1. *Scriptio.* 2. *origo & interpretatio* 3. *usus clausula.*
4. *significatio in hoc loco.* 5. *omissa versio.* 6. *construacio.* 1. *scribitur à non-* De voce Ho.
nullis ut gemina vox ὡς ἄρραι sed vitiosè id fieri Hebræa origo & 1. *Scriptio.*
Theophylacti ut & Euthymij lectio monstrant. Rectius ergo scribi-
tur ὡς ἄρραι, quam sine causa Hieronymus corruptam scriptionem
esse putat. Licet enim in Hebræo sint duo vocabula, attamen
per lineam Maccaph & Dages forte conjunguntur, & licet *Ps.* 118.
legatur ḥוֹשֵׁשׁ idem tamen in imperativo etiam per crasin legi-
tur ḥוֹשֵׁשׁ *Ps.* 86. 2. *Ierem.* 31. 7. pro ḥוֹשֵׁשׁ. II. *Interpretationes variæ* II. *Interpre-*
afferuntur. Iustinus in qq. & resp. ad ortho. q. 50. p. 328. reddit μεγαλω- ratio &
ούρην ὑπερκαμένην Magnificentiam excellentem Origen. Tract. 14. in Matt. origo.
restitutionem. Hilar. can. 21, in Matt. redēmptionem Domus David, quem

D

sequitur

sequitur Ambros. l. 9. in Luc. c. I. Clemens. l. 1. Pædag. c. 5. lux & gloria &
laus cum supplicatione Domino. Hieron. Epistola ad Damasum T. 4. Ep. 145.
quosdam per gloriam, quosdam per gratiam explicasse scribit. In priore
sententia dicitur fuisse Chrysost. Quomodo Iansenius harum expli-
cationum aliquas probabiles reddere conetur vid. c. 110. & Salmer.
Tom. 6. Tract. 47. nos, si aliquid excusationis loco proferri debet, au-
thores earum, non tam conditionem vocis, quam intentionem.
loquentium respexisse putamus, sic Hieronymus T. 9 in Matt. l. 3. scri-
bit, *Hebraicum Hosanna significare, quod adventus Christi sit salus mundi*:
negari interim nequit ignorantiam Hebrei sermonis hæc ex par-
te procreasse. August. l. 2. de doctrina Christi. c. n. Tom. 4. putat reddi
non posse, ejus rationem affert geminam Tom. 9. Tr. 51. in Iohann. 1.
quia sit interjectio affectum potius latantis & obsecrantis quam
rem aliquam significans. 2. neq; Græcus neque Latinus illud red-
dere potuit; licet verò non ita longè à vera absit significatione
sed posteriorem partem rectè explicet, præcipuam tamen partem
eum non explicare, nec totam vocem interjectionem esse, ut &
reddi posse, mox videbimus. Rectius ergo compositam *vocem quidam*
arbitrantur, de cuius priori parte יְהִי supra egimus, alteram par-
tem plurimi putant esse נָאָנָה sed quia hoc semper præpositivum
est notante Fostero & Avenario: nos particulam נָאָנָה retinemus, qua
in Ps. 118. reperitur, quæq; à priore positione differt, & præter si-
gnificationem cum נָאָנָה communem obsecrò, quæso, Ps. 7, 10. Num.
92. 13. significat quoque נָאָנָה nunc notante Buxtorff. juxta A. B. Es-
74. Num. 10. 31. Gen. 18. 31. 32. Ps. 118 2 Num. 12, 11, 12. (sed & in
his locis non incommodè per quæso, etia, &c. reddi potest, ut sem.
per potius affectum quam tempus significet, nec opus sit regula
Salmero. quod dictio Na bis posita in fine verborum pro Anna po-
sita intelligatur) Hinc in Psal. 118, 25. Paraphrastes & LXX. ad tem-
pus: Hieronymus & Symmachus ad affectum retulerunt, sensu ferè
eodem, *salva nunc, vel salva obsecra*. Atque hinc vera vocis origo
& interpretatio liquet. III. *Vsus Principalis* fuit in formulis oran-
di, ut patet ex Psal. 118, 25. (in acclamationsibus etiam usurpari
solitam hanc vocem ex Elia in Thisbi refert Casaub. cōtra Baron. Exerc.
16. ad An. 34. Num. 5.) Secundarius & reximis fuit triplex. Cum
enim festo tabernaculorum appropriassent Judæi hunc Psalmum,
& ex

III. *Vsus*
Principali
tio,

& ex eodem s̄apē Hosanna repeterent. Inde Hosanna appellatae sunt 1. *Formulæ precationum* eo festo usitatarum, sicut in Ritualibus Judæorum reperitur *Hosanonth le sucoth* i.e. formula precandi in festo Tabernaculorum : formula ejusmodi precum recensetur ab *Osiand.* in *Harm.* c. 36. 2. *Bāta & frondes*, quas in illo festo gestabant, sic accipitur in *perec Iulab haggazul*. Item in secundo Targum *Esther.* cap. 3. 3. *dies septimus* hujus festi dicitur *Hosanna Rabbah* sive magnum teste *Schindlero* IV. Significatio in hoc loco ultima est aliena : *pro frondibus* accipiunt *Angelus Caninius* *Disquisit. in locos aliquot N. T. obscuriores* fol. 47. *Schindlerus in radice* יְהֹוָה Nos Hosanna sive has frondes præferimus filio David: *pro hymno* quosdam accepisse, testis est *Theophyl.* in *b. l. & Euthymius*; inter quos videtur *Chrysost.* fuisse *Hom.* 68. in *Mat.* infantes Hosanna clamantes Hymnum decantasse scribens. *Nos primam retinemus sententiam*, his de causis 1. quando scriptura ex scriptura explicari potest, ad mores Judæorum & traditiones Rabbinorum nō est confugiendum 2. cum Ps. 118. de Messia ejusq; adventu agat, verissima ex illo peti potest explicatio 3. cum subseqq. verba ex Psalmo sint petita, quæ causa quod immediate antecedentia, quæ etiam eodem loco in eodem habentur Psalmo, non ex eo sint explicanda 4. accedit unum eundemque Spiritum & Psalmi & acclamacionis hujus authorem esse. 5. nec quicquam solidi huic explicationi objici potest: diversa enim lectio membro 1. hujus theses explicata fuit : de omissa versione & constructione post agemus. Verum cum Ps. 118. 25. geminū recipiat sensum: quoniam exprimitur, pro quo solus petitur, estq; vel acclamatio ad venientem filium directa ab eodem salutem petens, sicq; accipit D. D. *Gesnerus*, vel votum ad Deum pro officij filij felici successu fusum: uterque etiam sensus hic locum habere potest. Si prior utrobiq; recipiatur, describitur Messias in Psalmo à divina Natura ut *Jehova*: hic verò ab humana Natura ut filius Davidis & juxta utramque Naturam preces ad eum diriguntur. V. *Versionem omissam* putat *Augustinus*, quod plane, *Hierony-* V. *Omissa*
mus quod commode in aliam, linguam transferri nequeat; alij quod *versio.*
sit vocabulum τέχνικον, & propterea verti non debeat: sed & dextrè reddi posse jam demonstratum & satis Græce à LXX explicatum esse ex Psalmis pater. Ergo statuendum vel suo more Evangelistas ob Emphasim retinuisse phrasin Hebræam,

IV. Significatio in hoc loco.

D 2 hinc



hinc reperiri apud eosdem licet Raca, Amen Talita cumi &c. vel quamlibet linguam peculiares suas habere acclamations, quæ transferri non soleant, ut apud Græcos Io Pæan, Romanos Io Triumphe &c, quod posterius Erasmo placet. VI. Constructionem plane non pati nostram explicationem, doctissimus urget Caninus: quid enim erit, inquit, Salva quæso, filio David? Sed ipsi potius hoc objici posset, videat enim, quomodo Marcum & Johannem explicet, qui solum Hosanna habent, si frondes illic etiam intelligit. Res verò plana est: Si votum ad Patrem refertur significat opitulare quæso o Deus filio David, quando enim verbum ΥΨΙ cum Dativo construitur, rectissimè ita vertitur. Confer. Iud. 7.2. 2. Sam. 10.1. Ps 44.4, 72.4, 86.16, 116.6. &c. aut Dativus in accusativum est mutandus. Sin acclamatio ad filium dirigitur, 1. in omnibus linguis usitatum est in ejusmodi acclamationibus, ut & statuarum inscriptionibus sententias semiplenas efferri & reliqua audientibus supple darelinqui, vide exempla apud Casaubon. Exerc. 16. f. 2. contra Baron. 2. si illis licitum ita complere: has frondes filio David sc. præferimus. Item hunc hymnum filio David sc. id dicimus, quidni & nobis liceat ita explicare: salva quæso: huic (Emphaticus enim est articulus, non quemvis sed illum Davidis filium à quo salutem expectabant, de notat) filio Davidis sc. id dicimus, ut sit sensus eos canere, O Deus salva quæso ex Psal. 118. & jam præter morem solitum ad Christum hoc ipsum accommodare, à quo eam salutem expectent 3. apud Marcum & Johannem hæc difficultas planè non occurrit, quin nisi per acclamationem Ellipticam explices, vix videtur ullus inde elici posse sensus.

XX. In II. Membro retinent ea verba, quæ Christus prædixit Luc. 13. 35. ex Ps. 118. desumpta 1. dicunt ἐυλογηέρος quidam hic sub audiendum putant esto i. e. bene ei sit, phrasī Hebraica Gen. 24. 31. Ruth. 3. 10. Ps. 115. 15. Esa. 65. 23. sicque ad officium Christi regium (adventum enim hunc regis esse Propheta prædixit & populus teste Luca & Iohanne eum hic regem Israelis appellavit, quin clarius hoc membrum, apud Marcum explicatur, additur enim: Benedicatum, quod venit regnum in nomine Dei Patris nostri David) hæc votiva precatio pertineret, ut illud sit fortunatum; alij putant redi posse, laudandus & celebrandus est rex noster. II. appellant regem hunc ἑράκλινον, quod vel per futurum redi potest, sicque esset Antonomastica

maestica Messiae appellatio, quam latè explicatam vide *Harmon. Evangelicæ. 5. fol. 54.* vel per præsens, quod etiam tempori & Psalmo in quo Benoni est, magis conveniens. III. Venire eum dicunt *in nomine Domini*, Beza Hebraismum esse putat, & notari peculiarem Dei legatum; sed Christus ipse quid sit in nomine Patris venire explicat *Iohan. 5. 42.* & opponit ei in suo nomine venire, significat ergo à Deo munus suum habere. In III. Membro repetunt suum Hosanna supra explicatum sed addunt *et rōis dīcōis*, qui Hosanna per ramos explicant, subintelligunt pronomen Genitivi casus, *ei* qui est in altissimus, alij afferunt accusativi casus pronomen: *Salva nos in altissimis* i.e. cœlesti salute nos bea: Alij putant esse vocandi casum: *salva obsecro o tu qui es in altissimis Confer.* *Psal. 148. 2. 7.* Si ergo votum hic esse putas Deus Pater; sin acclamatem ipse Meſias ita appellabitur: Et si ultimam hanc retineas explicationem in primo membro Christus secundum humanam naturam, in secundo secundum officium, in tertio secundum divinam naturam considerabitur. *Orig. Tract. 14.* primo membro humanam dispositionem, ultimo restitutionem in sancta laudari scribit. Salmeron ultimam hanc clausulam *Lucam* expressisse putat his verbis, *Pax in cœlo & gloria in altissimus*; Sed quivis ex dictis videt, quam parum hæc cum Hosanna convenient; quidam ergo putant, *Lucam* non tam verba quam affectum loquentium reddidisse: alij ex multis acclamationibus aliam à reliquis Euangelistis attulisse: *non errabū, si effectum II. Membri*, in quo officium regium Christi deprædicatum fuit, quod *Marcus* ita descripsérat, *Benedictum quod venit regnum in nomine Domini Patris nostri David, Lucam* his optativis expressisse verbis: *Pax in cœlo & gloria in altissimis.* Allegorias denique varias & non nullas elegantes, quas ex tota historia multi deducunt apud alios vide.

36

III. Tertia
hymni clausa
sula.

QUÆSTIONES.

I. An perfecta imitatio humilitatis Christi non omnibus sed tantum animi preparatio, si res ita ferat, ut medium unicè requisitum ad salutem fit mandata? Affirmat Bartsch. Tom. I. p. 143. Nos Respondemus. I. perfectam humilitatis Christi imitationem omnibus mandatam, M. S. 48, 10. 38, 11. 29. 2. Discrimen quidem concedimus inter homines:

D 3

mines:



munes: quosdam ratione donorum plus posse præstare alijs 3. nec tamen illi imitatione hi præparatione, ceu medio vitam æternam acquirere possunt: utriq; enim tenentur Deo obedire secundum omnes facultates, confer M. 25, 14 L. 12, 48. qui verò etiam omnia faciunt, sunt servi inutiles Luc. 17.10. si stricto jure agtaur in tenebras abjiciendi Mat. 25, 30. utraq; etiam ad legem pertinet, cui justitia & vivificatio denegata Gal. 2. 21, 3. 21, propter carnis infirmitatem Rom. 8.3.4. Medium ergò quo utriq; salvatur non imitatio aut præparatio sed fides Christi justitiam perfectam apprehendens.

II. An Papa Romanus sit Antichristus? Christo, inquit author tractatus de Antichristo Augustino adscripti, in cunctis contrarius erit; Christus venit humilis, ille superbus veniet. At in hac nota Antichristi (quam à superbia scriptura petit) nemo Papam superavit. Christi ingressum humile vidimus; At cum Pontifex in humeris fertur. Imperator debet onus per aliquatum spatij portare. l. ceremon. 1. sect. 5. c. 4. eidē in equū ascendiendi stapedam tenere debet Imperator l. 1. ceremon. c. 8. & tradito alteri sceptro & pomo equum Papalem freno ducere l. d. Hinc Adrianus IV, non leviter Friderico Imperatori iratus fuit, quod (ut inquit Helmodus Chroni. Sclavon c. 8.) strepam equi Pontificii inscienter ex contrario latere tenuisset. Et Urbanus VI. dum equitaret, Carolum Regem Neapolitanum ut scutiferum præcedere permisit referente Theodor. a Niem. de schism. l. 1. c. 29. Ergo ex hac nota accendentibus reliquis Pontificem Romanum Antichristum esse videmus.

III. An reliquiae religiosè colenda? Non jam recensere animus est varias fraudes in reliquijs concurrentes, aut rationes superstitionem hujus cultus demonstrantes, unicum hoc urgemos, si quidvis, quod Christus attigit, religioso reliquiarum cultu prosequendum, etiam asinus, super quo sedit, venerandus erit. At prius statuere Pontificios ex longo Catalogo reliquiarum in libro Gallico consignato, quem Nicolaus Gallasius vertit An. 1560, videre licet. Posterus tamen si sanæ mentis sint, non credimus facturos. Etsi enim ex cauda asini hujus reliquias fingere veriti non sint easq; Genæ monstrares (ut ex prædicto libro VVolfius refert Centenario 16. fol. 791.) attamen tales reliquias cordatiores ridere Pontificios putamus, reliquos more solito osculari jubemus. Aut ergo priorem mutent sententiam aut posterius quoq; faciant. Simile argumentū contra Iconos.



Iconolatriam produxit *Claudius Hispanus Episcopus Laurinensis* (referatur Cent. 9. Magdeb. c. 5. fol. 220. 221. ex *Ionæ Aurelianensis lib. 1. de cultu imaginum*, qui priorem refutare præsumserat) Si omne lignum, inquit, schemate crucis factum volant adorare, pro eo quod Christus in cruce pependit &c. Adorentur & asini, quia super asellum sedendo ad Hierusalem usq; pervenit &c. certè nulla crux ita ad vivum representabit crucem Christi ceu nostri asini illum asellum.

IV. Quid de ornatu Papistico sentiendum? Eum vestibus asino superimpositis palliare conatur, Staplet in Promt. Cathol. Coster p. 574. Nos distinguimus inter ornatum ipsum & adhaerentem Papisticum abusum, illum moderatum, liberum & decoris gratia institutum ex generali Regula 1. Cor. 14,40. urgemos, ut ratione ordinis in Ecclesia observatu utilem: ita tamen ut extra casum scandali pro temporum locorum & Ecclesiarum conditionibus instituatur vel mutetur. Hunc simpliciter intolerabilem esse censemus, qui triplex. 1. luxus superfluus, qui rectius in pauperes collocaretur. 2. opinio necessitatis, cultus & meriti, quæ omnium adiaphororum naturam tollit. 3. superstitionis finis Idolatriæ Missaticæ imprimis inserviens, qui pompam hanc facit Deo abominabilem.

V. An processionum forma hic depicta? Inventor & sculptor Costerus est, pontificias processiones p. 579. & seq. imprimis solennis circumgestationis venerabilis Sacramenti hic fingens & pingens. Sed 1. hæc hujus facti imitatio nec mandato divino, nec exemplo Apostolico probari potest 2. Dispar ratio: Christum asina potuit portare, at Sacramentum quia actio portari nequit. 3. Hoc factum fundamenta habuit in scriptura, ut quæst. seq. videbimus, Pontificium non tantum omni scriptura destituitur, sed etiam cum ea pugnat, dum Eucharistiam in alienum, quam à Christo institutum fuit, finem transfert. 4. cum res ipsa ex scripturis probari nequeat, de modo ex eo probandi, frustra sunt solliciti. Sub finem quærimus à Jesuita, in quo, ut ipse loquitur, asini vices sacerdos gerat? Nam in portando Dominum (quod tamen ipse vult) conferri nequeunt, cum sacerdos non Eucharistiam (extra actionem enim Sacramentalē à Christo institutam nihil habet rationem Sacra-menti) sed nudum panem portet, in alijs conferri posse non negamus, cum imaginis ante 1277. annum in Argentinensi Ecclesia positaæ autoribus Vid. Wolff lect. memor. Cent. 13. fol. 551. cent. 16. f. 909.

V. I. Ans

V I. An id est genere Deo placeant? Placuit Christo populi affectus: at est genere eidem placere: vel illum ex harum numero fuisse pernegamus. *Prius* 1. quia in scriptura expresse rejiciuntur *Ezech.* 20. 18. 2. solum verbum Dei norma operum proponitur *Deut.* 12. 32. *Eph.* 2. 10. 3. Sine verbo & sic etiam sine fide fiunt (isthac enim relata sunt) *Rom.* 14. ult. *Posteriori*, 1. quia non est firma collectio, non est in sacris expressum. E. non est à Deo mandatum 2. expresse *Ps.* 118. & in typo festi tabernaculorum *Levit.* 23. est fundatum. 3. internus honor Christo ex mandato Scripturarum debeatetur, externus novum cultum non constituebat sed erat Regis adventientis honorifica exceptio. 4. si maximè cultus hic non fuisset mandatus, nulla tamen ad nos esset consequentia, tum quia exempla Sanctorum non faciunt generalem regulam, tum quia illi Christum visibiliter præsentem habebant, qui approbabat.

V II. An preces non intellectæ Deo placeant? id ex hoc loco additio v. 15. probare conatur *Staplet in Promt. Cath. Dom. Palm.* t. 2. *Cost. p.* 597. Nos distinguimus 1. inter ætatem infantilem & virilem in illa preces non intellectas placere Deo ex *Ps. 3. 3. Mat. 21. 15.* probamus, in hac ignorantiam & quæ ac battologiam (utraque enim devotione & attentione destituitur) Deo exosam scimus, 2. inter intellectum rerum petendarum & verborum petentium; illo ob infirmitatem caremus. *Rom. 8. 26.* hoc ob necessitatem carere non debemus, cum ne intelligentes quidem publicè ignota alijs lingua orare debent. 1. *Cor. 14. 13. 14. 15. 16.* Judæos vero suum Hosanna non intellexisse negamus: Etsi enim Dialecto Syra ab Hebræis diversa tunc uterentur *Act. 1. 19.* Attamen 1. ob lectionem quotidianam Bibliorum. *Act. 13. 27.* Hebræa lingua ipsis ignota esse non poterat. 2. Si nihil aliud Hebraici sermonis intellexissent, at *Psalmum*, unde hæc acclamatio petita, ob, si non sæpius iteratam, annuam tamen, in festo tabernaculorum repetitionem & explicationem omnino intelligebant. 3. Si nec *Psalmum* intellexissent, at hanc vocem ita usitatam, ut non tantum in precibus sed etiam in alijs negotijs ea uterentur, non poterant non intelligere.

V III. An Laicis scripturarum lectio concedenda? Contra Pontificios negantes ex præsenti Evangelio hæc deducimus argumenta. 1. petimus ab utilitate sacræ scripturæ, de qua q. 8. 9. 10. Par. 1. quæ Laicis minimè deneganda. 2. ab authoritate Evangelistæ, qui suos lectores ad

ad scripturam Propheticam remittit: at Evangelistam Laicis/ saltem sui temporis, nos enim quibusvis asserimus) scripsisse, Pontificij negare non poterunt. 3. à praxi Ecclesiæ Iudaicæ, nisi enim seduli in lectione scripturæ fuissent & plebs cum pueris tam promtè cātico in adventum Messiæ conscripto Christum excipere non potuisset & Evangelista æquè ac Christus frustra ad Prophetas sine mentione autoris provocassent.

IX. An Messiæ regnum mundanum futurum? Deliria & somnia de mundana Messiæ monarchia latè descripta vide in *Abcath Rochel*, quæ etiam discipulos fascinarunt: sed totum Evangelium repugnat. Argumenta ex humilitate ingredientis regis, quæ cum mūdana pompa consistere nequit, vidimus q. 1. p. 1. 2. adjungimus ex Prophetia Zachariæ, regis 1. qualitatem, pauper dicitur, idq; non fortuna sed intentione, quia talis esse voluit, talis venit: at hæc paupertas in rege mundano non habet locum. 2. Splendorem, equitat super asinam, quæ objectio regem mundanum non decet, splendor ergo ille consistet in alia re quam terrena majestate. 3. Territorium: dominabitur à mari usque ad mare, sed tam illimitatam jurisdictionem rex terrenus nec habuit nec habebit 4. gubernationem; pacem locuturus gentibus, sicque loquendo subjiciet sibi populos. 5. arma, quæ non terrena v. 10. Ergo alia sc. spiritualia 6. beneficia, quæ itidem spiritualia, per sanguinem Testamenti educet vincitos suos è lacu. v. 1. Hæc omnia terrenum regem Messiam non esse manifestè probant.

X. An regnum Christi spirituale mundana tollat? Ex prioris quæstionis probatione id elicere volunt Anabaptistæ & Libertini, sed contrarium videre licet. in *Explicit Evangelij Dominica XXIII. post Trinit.* p. 2. q. 3. subordinata ea esse probatum q. 9. & 10. at ea non sunt opponenda. Hinc Johannes milites ad regnum spirituale accedentes *Luc 3. 14.* terrenam vocationem deserere non jubet, quin expressè etiam inter subditos hujus regis reges fore prædictitur *Pf. 2, 10. 11, 72, 10. Es. 49, 23,*

XI. An Deus sit in loco? In altissimis subaudi locis, est descriptio supremi cœli, esse in altissimis locis est, descriptio Dei, juxta Piscatorem in not. ad M. 21, 9. placebit hoc Vorstio, qui DEO locū assignat de DEO p. 235. 239. & in *Apol. Exeg. c. 19 p. 99 103.* Nos unicum hoc illis objicimus? Locus ille aut est in DEO aut extra DEUM. Si prius, locus & locatum idem erunt: Si posterius, vel erit creatus, & sic à creatura contine-

bitur DEUS, immo quis erat locus DEI, cum non dum hic creatus esset? vel erit increatus & sic erit quid increatum praeter creatorum? Omnia contra Scripturam. In altissimis ergo esse de Deo non significat loci altitudinem sed majestatis sublimitatem. Sic Deus est in Christo cum Christo Act. 10. 28. 2. Cor. 5. 19. mansionem facit apud fideles Ioh. 14. 23. habitat in fidelibus. 1. Cor. 3. 16. Ep. 3. 17. Rom. 8. 9. Ergo Christus & fideles sunt locus Dei & Deus est in illis, ut in locis?

*Catalogus errorum & falorum quorundam ex
Postillatoribus hinc inde collectus.*

I. Causa desiderij (adventus Christi) in antiquis fuit duplex scilicet periculosus status in quo erant, quod omnes descendebant ad infernum, in tali statu erant, in quo ille, qui dicitur ad patibulum & desiderat adventum Domini sui qui eum liberet, &c. Wilhelmus Parisiensis s. t. m. dominical, super hoc Evangelium serm. 4.

II. Wie die Christliche Kirche glaubt unverrückt / so ist Leib / Seel und Blut Christi / unter jeglicher Gestalt ganz / darumb der Leute nicht minder empfiehet unter einerley Gestalt / dann der Priester unter zweyeren Gestalt. Johan. ab Eck. Conc. 7. super Dominicam I. Adventus p. 3. f. A.

III. Die Juden haben im brauch gehabt (auff den Sabbath nicht über 1000. schritte zu reisen) ohne geschriebene Gesetz von den Eltern Matt. 7, 8. geben / wie wir jetzt viel brauchen in der Kirchen darumb wir kein Schrift haben / allein den brauch von zeit der Apostel her das wol zu mercken ist wider die New Christen / die nichts annehmen wollen ohne geschrift. Id. Conc. 3. p. 4. f. B.

IV. Hörent ihr New Christen / Christus will die guten Werck sollen leuchten / ihr wollet der guten Werck nicht / es sey Gleisnerey Id. p. 5. f. B.

V. Alle Christen sollen haben die Apostolische Kleider / das ist / ihr Lehr / ihr Zucht und Wandel / das nun die New Christen nicht thun / die alles fallen lassen und umbstoßen / mit fasten und ander ding / das in der Christlichen Kirchen ist gebraucht worden / von Zeit und Brauch der Apostel her. Id. super Dominic. Palm. Conc. 1. p. 12 f.

V. Wo ist Einher und sein hauss / der nicht will / dass wir etwas mit wirken /

Wirk'en mit der Gnade Gottes / warumb haben dann die Apostel den
Herrn auf den Esel gesetzt. Id. ibid.

VII. Quidam qui vere fideles sunt, moribus tamen & impietate infideles sunt, Granat. Dominic. I. Adv. Con. I. p. 3.

VIII. Sic plerique horum vivunt, sic in omnia flagitia praecipites ruunt, ut praeter fidem & spem, quae eorum turpitudinem inexcusabilem reddunt, vix quicquam aliud Christianæ religionis habere videantur. Id. ibid.

IX. Servitus ex peccato originali orta & Rom. 7, 23. descripta, in piorum mentibus vix locum habet, quos unicus Dei filius in libertatem afferuit. Id. ibid.

X. Necessarium (Ecclesia) peccatum Adæ appellavit, non quod vel in se, vel ipsi Domino necessarium esset, sed quia nulla ratione poterat divinæ bonitatis sapientia, & misericordia excellentia commodius, quam hujus morbi curatione demonstrari. Id. p. 7.

Ad Respondentem


M. WILHELMUM LYSERUM.

Nunc LEISERE tuis studiis Sacra meta peracta,
Vix paulum, quo mox progrediaris, habet.
Dum te constituit Sophiae felicis in arce
Pallas, tot meritis lausq; secundatuis.
Perge bonis avibus, GERHARDO sub Duce NOSTRO,
Perge tuum cœptum pulchra trophya manent.

Amoris Honorisq; ergo F.

JOH. HIMMELIUS Pomer.
S. Th. D. & P. P.


F I N I S.



94 A 7385

ULB Halle
002 728 095

3



VD17

1. Histor. geograph. omni kinder in Europa et Asia
2. Ministr. solos conserual. et ipsos.
3. Antiqua et curiosa. S. et A.

Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
1	2	3	4	5	6	7	8	9
Centimetres								
1	2	3	4	5	6	7	8	9
Inches								
1	2	3	4	5	6	7	8	9
10	11	12	13	14	15	16	17	18
19	20	21	22	23	24	25	26	27
28	29	30	31	32	33	34	35	36
37	38	39	40	41	42	43	44	45
46	47	48	49	50	51	52	53	54
55	56	57	58	59	60	61	62	63
64	65	66	67	68	69	70	71	72
73	74	75	76	77	78	79	80	81
82	83	84	85	86	87	88	89	90
91	92	93	94	95	96	97	98	99
100	101	102	103	104	105	106	107	108
109	110	111	112	113	114	115	116	117
118	119	120	121	122	123	124	125	126
127	128	129	130	131	132	133	134	135
136	137	138	139	140	141	142	143	144
145	146	147	148	149	150	151	152	153
154	155	156	157	158	159	160	161	162
163	164	165	166	167	168	169	170	171
172	173	174	175	176	177	178	179	180
181	182	183	184	185	186	187	188	189
190	191	192	193	194	195	196	197	198
199	200	201	202	203	204	205	206	207
208	209	210	211	212	213	214	215	216
217	218	219	220	221	222	223	224	225
226	227	228	229	230	231	232	233	234
235	236	237	238	239	240	241	242	243
244	245	246	247	248	249	250	251	252
253	254	255	256	257	258	259	260	261
262	263	264	265	266	267	268	269	270
271	272	273	274	275	276	277	278	279
280	281	282	283	284	285	286	287	288
289	290	291	292	293	294	295	296	297
298	299	300	301	302	303	304	305	306
307	308	309	310	311	312	313	314	315
316	317	318	319	320	321	322	323	324
325	326	327	328	329	330	331	332	333
334	335	336	337	338	339	340	341	342
343	344	345	346	347	348	349	350	351
352	353	354	355	356	357	358	359	360
361	362	363	364	365	366	367	368	369
370	371	372	373	374	375	376	377	378
379	380	381	382	383	384	385	386	387
388	389	390	391	392	393	394	395	396
397	398	399	400	401	402	403	404	405
406	407	408	409	410	411	412	413	414
415	416	417	418	419	420	421	422	423
424	425	426	427	428	429	430	431	432
433	434	435	436	437	438	439	440	441
442	443	444	445	446	447	448	449	450
451	452	453	454	455	456	457	458	459
460	461	462	463	464	465	466	467	468
469	470	471	472	473	474	475	476	477
478	479	480	481	482	483	484	485	486
487	488	489	490	491	492	493	494	495
496	497	498	499	500	501	502	503	504
505	506	507	508	509	510	511	512	513
514	515	516	517	518	519	520	521	522
523	524	525	526	527	528	529	530	531
532	533	534	535	536	537	538	539	540
541	542	543	544	545	546	547	548	549
550	551	552	553	554	555	556	557	558
559	560	561	562	563	564	565	566	567
568	569	570	571	572	573	574	575	576
577	578	579	580	581	582	583	584	585
586	587	588	589	590	591	592	593	594
595	596	597	598	599	600	601	602	603
604	605	606	607	608	609	610	611	612
613	614	615	616	617	618	619	620	621
622	623	624	625	626	627	628	629	630
631	632	633	634	635	636	637	638	639
640	641	642	643	644	645	646	647	648
649	650	651	652	653	654	655	656	657
658	659	660	661	662	663	664	665	666
667	668	669	670	671	672	673	674	675
676	677	678	679	680	681	682	683	684
685	686	687	688	689	690	691	692	693
694	695	696	697	698	699	700	701	702
703	704	705	706	707	708	709	710	711
712	713	714	715	716	717	718	719	720
721	722	723	724	725	726	727	728	729
730	731	732	733	734	735	736	737	738
739	740	741	742	743	744	745	746	747
748	749	750	751	752	753	754	755	756
757	758	759	760	761	762	763	764	765
766	767	768	769	770	771	772	773	774
775	776	777	778	779	780	781	782	783
784	785	786	787	788	789	790	791	792
793	794	795	796	797	798	799	800	801
802	803	804	805	806	807	808	809	8010
8011	8012	8013	8014	8015	8016	8017	8018	8019
8020	8021	8022	8023	8024	8025	8026	8027	8028
8029	8030	8031	8032	8033	8034	8035	8036	8037
8038	8039	8040	8041	8042	8043	8044	8045	8046
8047	8048	8049	8050	8051	8052	8053	8054	8055
8056	8057	8058	8059	8060	8061			